

Michael Cobabus

**Programma, Quo Rector Universitatis Rostochiensis Michael Cobabus, S.S.
Theol. Doct. & Prof. ad exequias, Quas Viro ... Matthiae Schrödero, I.U.L. & apud
Güstrovienses Fisci Advocato dexterrimo, Feminarum Lectissima, Anna
Neukrantzia, Vidua superstans ... paratas cupit, Cives Academiae ... invitat ...**

Rostochii: Kilius, [1676]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777420538>

Druck Freier  Zugang



C o b a b u s , M . ,

i n

M . S c h r ö d e r .

R o s t . (1 6 7 6 .)

57.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777420538/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777420538/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777420538/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777420538/phys_0003)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777420538/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777420538/phys_0004)

DFG

32.

Programma,
Quo
RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
MICHAEL COBABUS,
S. S. Theol. Doct. & Prof.
ad exequias,
Quas
D. I. R. O. Amplissimo & Consultissimo
DOMINO
MATTHIÆ
SCHRÖDERO,
J. U. L. & apud Güstrovienses Fisci Advo-
cato dexterimo,
Feminarum Lectissima,
ANNA NEUKRANTZIA,
Vidua superstans

ceu

Marito suo desideratissimo, hodierno die paratas cupit,
GIVES ACADEMIÆ omnes & singulos studiosos
amanterque invitat.

Convenietur in Aede Marianâ, Hora 1. pomerid.

ROSTOCHII, Typis viduae B. JOHANNIS KILII, Acad. Typogr.



Umanæ vitæ conditionem præcipuè primus & ultimus dies continet; quia plurimum interest, quibus auspicis inchoetur, & quo fine claudatur. Medii temporis cursus licet ipse quoq; momentum secum ferat non omnino nullum, tamen incensum impensè adeò non venit, aut hâc saltem vice venire non debebit. Eum demum felicem arbitramur esse, cui & accipere lucem prosperè, & reddere placidè, divinâ est opere permisum. Sed neq; de vitæ initio tam laborandum anxiè, nostrâ qvidem sententiâ, fuerit, quam de ejusdem exitu fineq;. Ab hac consideratione nostra hominum salus atq; incolumentas maximè, imò unicè dependet. Quæ enim fors morientes deprehenderit, ea futura perpetuò est nostra. Nil sapere post licet

cebit rectius; nil mutare in melius. De temporum emendatione, morumque correctione frustra fuerit tum esse sollicitum, quum tempora procurrent longe ab nostratis diversa, moribusque dirum occinetur carmen: **ESSE JAM INCORRIGIBILES.** Ceterum ut probè ex hac vitâ, piè, christianeque discedamus, è re atque usu ex nostro dici nequit quam sit futurum, mentem ab omni mundanâ cogitatione separatâ, ad pia mortis meditationem quovis momento convertere. Quâ profectò in re Gentiles saniores principatum Philosophiæ omnisque sapientiæ constituerunt. Quibus in parilinegio nos, qui Christiani sumus, inferiores esse, grande utique nefas foret. Jam certè hæc visuntur atq; incident tempora, quibus Domini & Sospatoris nostri **JESU CHRISTI** mortem solenni meditatione versamus. Quam licet sedulò sancteque volvere nunquam non oporteat, tamen isti vacandum est operæ his præcipue diebus, quos in primis eidem curæ pia destinavit antiquitas, ceu incidentes in illud ipsum tempus, quo pro nobis passionem & crucem subiit Conservator noster gloriosissimus. Hæc in rem commodè vertamus nostram; & quemadmodum mortis Dominicæ gnaviter jureque meminimus, ita quoque nostræ ipso-
rum

rum nunquam dememinisse studeamus, & ho-
diē seorsim refricare ejusdem frequentem sus-
tineamus memoriam, quando vix vel dies,
imo vel hora vix labitur, quæ non fragilitatis
humanæ documenta det oppidò illustria, per-
que tot funerum densationes moneat, nihil in
mundanis hisce fidum aut stabile, omnia cadu-
ca atque interitui obnoxia esse. Cui hodiē ju-
sta persolvimus sua, Vir Clarissimus & Consul-
tissimus Dn. L. SCHRÖDERUS, cùm qvavis aliâ
in re, tūm eō Christianum sese verum fuisse
ostendit, qvòd in rerū civiles qvasqve & voca-
tionem attinentes operas curasq;, pietati vitæ-
que sanctimoniaz qvam maximè operaretur,
mortemqve etiam tūm haberet ante oculos,
qvum propè adeò abesse vix vel crederet, vel
opinaretur. Unde incautum deprehendere
ultima hora non poterat, qui jam ante diu be-
neq; ad eandem præparatum haberet pectus.
Nos certè adeò confidenter hæc non scribe-
remus, nisi de FUNCTI eximiâ planè piâqve
vitâ, deque ejusdem sanctissimâ morte erudi-
remur testimo luculento ejus VIRI, quo ipse
usus est, dum vixit, Confessionario, cuiusq; adeò
fidem nemo temerè vocitaverit in dubium. Si
paginarum paterentur angustiaz, adscriberemq;
indè pluscula: Ceterū qvum indè excludamur,

&

& satis superq; etiam videamus præfati, jam exequemur tandem, qvæ hujuscemodi occasionibus memorari sverunt. Noster itaq; in Dno defunctus, cui hodie justa facim⁹, nat⁹ est Anno M.DC.XXIX. die 16. Augusti honestis, iis z̄ piis parentibus, patre Viro integerrimo ac præstantissimo JOACHIMO Schröder, Civie, Cerevisiario, ac mercatore dum viveret, apud nos eximio; matre virtutibus mulieribus conspicua MARIA Karnakēn. Avum paternū habuit, Virum integerrimum artisq; pistoriae peritis simum JOACHIMMUM Schröder. Aviam paternam agnoscit eodem nomine insignitam CATHERINAM Schröder, matronam honestissimam. Avum linea materna salutat JOACHIMUM Karnakēn. Civem ac Cerevisiarum apud Goldebergenses olim clarum. Aviam linea materna vidit EVAM Malchauen, fæminum satis castam ac piam: tabibus honestissimis majoribus desideratisimus noster in hac editus est lūcem. At cum prædicti parentes optimè scièrent hunc filium esse in peccatis conceptum iraque filium, statim eundem per Baptismum tanquam regenerationis ac renovationis Spiritus S. lavaerum Christo Iesu Redemptori mundi atq; Ecclesia consecrarunt, eumq; in ipsa infantili atate pietate imprimis aliisque virtutibus Christianorum parentum bonaque indolis infantem decentibus instrui dies noctesque laborarunt. Circa atatem puerilem inter alios præceptores nactus est. Virum Clariss. Dn. JEREMIAM NIGRINUM, Philos. Mag. Scholæ Rostoch. quendam Rectorem longè fidelissimum, cuius fedulitate ac opera

operâ studiorum humaniorum fundamenta quām firmiter
jicit. Aetatem juvenilem adeptus studiorum gratia Anno
1674. die I. Novembr. visitavit illam apud Prussos celeber-
rimam Regiomontanam Universitatem, ibidemque per
biennium & quod excurrit subsistens, doctissimorum ac
Excellentissimorum Dominorum Professoram in primis
speciali Domini SCHONBERGERI, usus est informa-
tione. Reversus in de incolumis Jurisprudentia se totum
dedicavit, & ut eō felicissimus succederet adhibuit in ea Viros
Consultissimos, Dn. HENRICUM Rahnen/ Dn. CON-
RADUM Schuckmann / Dn. DANIELEM CON-
RADI, Dn. HENRICUM Schnitter / Viros desidera-
tissimos, quorum indefessa industria non vulgares in utro-
que jure fecit progressus. Anno 1653. Chilonium se contulit
ibique apud Doctissimum Dominum MARCUM Rohl-
blad/ Regionis Cymbricae Protonotarium, hospitem suum
quondam honoratissimum, per triennium subsistit. Re-
vocatus ad patrios lares laudatissima eruditionis specimi-
na publicitus edidit usque adeo ut solemnibus omnibus iis
demque solitis præmissis tandem Anno M.DC.LX. die
V. Julii Præside Virō olim Consultissimō nunc Beatisi-
mo Dno. HERMANNO Lembken / Disputationem In-
auguralem cui tit. de Probatione, pro licentia summos in-
utroque jure honores consequendi, publicè discutiendam
summo cum applausu exhibuerit. Anno sequenti solenni-
ter una cum aliis Dominis Candidatis renunciatus utrius-
que Juris Licentiatus est. Anno 1663. sequenti die post
que festo

festum Epiphan. cum iam virilis etatis annos consecutus
esset, adjunxit benignissimum Calum floridissimam Nobili-
ssimam Tori sociam, Virginem tunc temporis uti rarissi-
ma pulchritudine, ita & ceteris virtutibus abundatissi-
mam ac ornatisimam ANNAM, Viri Doctissimi atq[ue]
Experientissimi DN. MICHAELIS Neufranz / Medici-
na Doct. longe felicissimi ex Nobilissima illâ familia
NEUKRANTZIANA orti parentis, filiam, nunc vi-
duam ehen! mæstissimam, quod matrimonium uti per 13.
annos continuatum pacatumq[ue], ita etiam plane facundis-
simum fuit: noster enim duorum filiorum, & quatuor
filiarum factus est parens, scilicet, CATHARINÆ, AN-
DREÆ JOACHIMI, SOPHIÆ, & DOROTHEÆ,
gemellarum, ANNÆ MARIÆ, & Hans JEREMIÆ
sex nunc orphanorum parentem amantisimum deside-
rantium; adspiciat illos Dominus benignissimè. Anno 1665.
a Celsissimo atq[ue] Illustrissimo Principe Domino Dno
GUSTAVO ADOLPHO, Duce Meckleb. &c. &c.
Domino nostro Clementissimo Advocatus Fisei clemen-
tissime constitutus est: quo officiota dexteritate defun-
ctus est, ut honorum omnium non solum laudem sed a-
morem etiam post mortem immortalem meruerit. Sed
enim in isthac officiis dignitate, in isto tam laudabiliter
morumq[ue] cursu constitutum, & posthac majora indies
virtutum, atq[ue] dexteritatis documenta editurum, adeoq[ue]
ad majora quoq[ue] honorum decora resurrecturum, impro-
vidus morbus die 3. Octobr. anninup errimè lapsi, invasit,

q[ue]rem

quem ipsa mox, die sc. mensis ejusdem q. mors, ex febre p-
techiali inducta, consecuta est. Magno bonorum omnium,
viduae præcipue, liberorumque damno luctuqe. Hacte-
nus VIRI functi Historia, iisdem signata verbis, qvi-
bus manibus ipsa sese nostris insinuavit. Nos certe
eidem precamur placidam quietem, & mites admo-
dum cineres. Quin futuro etiam universalis judicij
die animæ vovemus cum corpore novam atque hu-
juscemodi conjunctionem, quam ipsa statim beatissi-
ma subsequatur æternitas. Vos verò, CIVES A-
CADEMICI, omnium ordinum honoratissimi, uti
præclarum hoc funus debitâ solenniique frequentia
deducatis, & hac ipsâ etiam tam luculentâ occasio-
ne, quâm res nostræ mortaliū infirmo fulciantur
qibicine, memineritis, iteratâ jam vice (qvando jam
sub initium statim idem ursimus institutum.)
quin sedulò insuper serioque con-
tendimus.

P. P. sub Sigillo Rectoris, die X I. Febr.
Anno M.DC.LXXVL





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777420538/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777420538/phys_0013)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777420538/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777420538/phys_0014)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777420538/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777420538/phys_0016)

DFG

& satis superq; etiam videamur pra-
 mur tandem, qvæ hujuscemodi occa-
 siveverunt. Noster itaq; in Dno defunct
 imq; natq; est Anno M. DC. XXIX. die
 iis p̄. p̄is parentibus, patre Viro integ-
 rissimo JOACHIMO Schröder / Civ-
 mercatore dum viveret, apud nos eximis
 mulieribus conspicua MARIA Karnas
 habuit, Virum integrum artisq; p̄.
JOACHIMMUM Schröder. Aviam
 eodem nomine insignitam CATHARI-
 matronam honestissimam. Avum lin-
JOACHIMUM Karnas / Civem ac
 Goldebergenfes olim clarum. Aviam
EVAM Malchauen / fæminum satis
 libus honestissimis majoribus desider-
 banc editus est lūcem. At cum prædicti
 rent hunc filium esse in peccatis concep-
 statim eundem per Baptismum tanq;
 ac renovationis Spiritus S. lavacrum
 ptori mundi atq; Ecclesia consecrarunt
 fantili atate pietate imprimis alisque
 norum parentum bonaque indolis in-
 instrui dies noctesque laborarunt. Circ
 inter alios præceptores nactus est. Viru
REMIAM NIGRINUM, Philos. Ma-
 quendam Rectorem longè fidelissimum,

